



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.  
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm  
Crvcifixvm**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae, 1648**

71. Si sit constans in Ordinis Religiosi disciplina Cruciífixi vulnera  
gratissimo inducit vnguento.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](#)

172 CHRISTVS CRVCIFIXVS

dit hæc: Si consilio meo adquieueris,  
& virum tuū Christo militare permis-  
teris, ab imminenti periculo, sine dolore  
liberaberis: cumq; illa verbis eius pla-  
cata fuisset, Scholasticus subiecit.

CRVCIS  
virtus  
circapari-  
entem.

Tempore partus, veste mariti cui  
CRVCIS signata re contegas, & CRVCIS  
virtutem senties: solebat autem cum  
maximis cruciaribus parere. Mira Chri-  
sti clementia & virtus CRVCIS instan-  
te hora pariendi, illa non immemor co-  
filij pallio viri sui se texit, & penè si-  
ne omni dolore partum effudit.

Cesarius Heisterbacenſus  
lib. 10. illustr. miraculo-  
cap. 22.

---

DECAS VIII.

---

I.

AMATOR CRVCIFIXI

71. RELI-  
GIOVS Cisterti-  
sus Ano-  
nymus. *Si sit constans in Ordinū Religiosi discipli-  
nā, Crucifixi Vulnera gratissimo su-  
perinducit unguento.*

R ELIGIOSVS Ordinis Cisterciensis in  
Monasterio Hemmenrode, magnā  
longamque tentationem habuerat de-  
serendi;

serendi vitam cœnobiticam, & ample. *Anno D.*  
Etendit cœniticam; nam idem co- *circiter*  
gitationibus perurgebat ut ad solitu- *1224.*  
dinem se conferret. Adeò autem ab hac  
tentatione superatus fuerat, vt aliqua  
etiam loca perlustraret, explorans in  
eremo aptū suo proposito habitaculū.

Fandem conuersus ad Marrem mi-  
sericordia: **DEPARAM**, ei se totum  
commisit, ipsam sibi ipſi, pro se fideiuf-  
forem constituens, quod quicquid ipsa  
suggeriſſet, hoc ille sine cūſtatione ag-  
gredierentur: cumque ad B. Virginem  
sub hac conditione ſæpius recurreret,  
quadam vice oranti ei coram altari vox  
inſonuit, dicens: Fideiuſſorem me con-  
ſtituisti, ego verò me absoluere volo.  
Ille etigens ſe, vidit virū venerandi ha-  
bitus ante altare affiſſere, **CRVEM** in  
manu tenere, **CREVIFIXI** Sancta **QUN-**  
**QUE** **VULNE** **R**A digito ſuperinducere, at-  
que ita videnti dicere: Sic omnis, qui  
Ordinem istum, quem professus es, fer-  
uauerit, Dominum Nostrum perungit,  
ſicut me vides facere. Quo pacto a ten-  
tatione ſua liberatus eſt. *a.*

IDEM penè accidit beatæ memorię  
Christinæ de Volmunſteine, cui **CRVEM**  
**CREVIFIXV** apparuit, & homo ſenex iuxta  
eū, qui ex pyxide, quam in manu habe-

bat perungebat VULNERA illius. b.

a. Casarius lib. 8. hist. memor. cap. 14.

b. Ibid. cap. 15.

## II.

## AMATOR CRVCIFIXI

72. illustratur exterius ex interiore lumine à

**FRATRES** conuersi in oculos, & animum vibrato.

**Cistercienses.** **D**uo fratres conuersi Ordinis Cister-

cicis in Hemmenrode, quodam tē-

pore hora Completorij Dño suæ serui-

tutis pensum persoluebant. Dicto Cō-

pletorio, respiciens vnu ad cœlū, vidit

in sublimi CRVCEM splendidam, & in

ea Dominum CRVCIFIXVM. Erat auté

**Vnum vi.** CRVX illa adeò splendida, ut splendor

de Cruci. illo illustrati se se mutuo contuerentur

clarissime, quamuis tenebris circum-

quaque omnia horreret.

**Alter non**

**videt.** Et quia loqui non licebat, videns, si-

gaum faciebat alteri, quasi interrogans, si aliquid videret? At ille nihil se

videre significabat. Tunc ipse signum illi

dedit, ut genua fleteret, & oraret, quod

cum fecissent ambo simul, creatus post

pusillum tantæ visionis particeps effe-

ctus est ac testis. Utrumque Passionis

suz cultorem ita consolari voluisse

CRVCIFIXVM est verisimile.

**Vtique**

**videns.** Cesarius lib. 8. hist. memor. cap. 17.

III. A.